Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ad he

Vmbram enim hus lex bonorum futu
rorum non ipsam ymaginem rerum
per singulos annos eisdem ipsis hostiis
quas offerunt indesinenter numquid
possunt accedentes perfectos facere
alioquin cessassent offerri. ideo quod
nullam habent ultra conscientiam
peccati cultores semel mundati. sed
in ipsis commemoratio peccatorum per
singulos annos fit. Impossibile enim est
sanguine hircorum et thaurorum au
ferri peccata. Ideo ingrediens in mun
dum dicit. Hostiam et oblationem
noluisti corpus autem coaptasti mihi
holocaustomatha et pro peccato
non tibi placuerunt. tunc dixi. ecce
ueno. In capite libri scriptum est de
me ut faciam uoluntatem tuam de
meus. Superius dicens. quia hostias
et oblationes et holocaustomatha
pro peccato noluisti nec placita sunt
que secundum legem offeruntur tunc
dixi. ecce ueno. ut faciem deus uo
luntatem tuam. auferet primum ut
sequens statuat. in qua uoluntate
sanctificati sumus per oblationem cor
pis iesu. semel. Et omnis quidem
sacerdos presto est cotidie ministrans
et easdem sepe offerens hostias que
numquam possunt auferre peccata. hic
autem unam pro peccatis offerens hostiam
in sempiternum sedet ad dexteram di
patris de cetero exspectans donec
ponantur inimici eius scabellum
pedum eius. Una enim oblatione con
sumauit in sempiternum sanctificatos.
Contestatur autem nos et spiritus
sanctus. Postquam enim dixit. Hoc est
autem testamentum quod testabor ad uos
post dies illos dicit dominus dando
leges meas in cordibus eorum et in
mentibus eorum scribam eas. et pec
catorum et iniquitatum eorum iam non
recordabor amplius. Vbi autem horum
remissio est iam non oblatio pro peccato
Habentes itaque fratres fiduciam in
introitu sanctorum in sanguine christi
quam inuauit nobis uiam nouam
et uiuentem per uelamen. id est carnem
suam et sacerdotem magnum super
domum dei. Accedamus ad eum puro
corde et plenitudine fidei aspersi corda
a conscientia mala et abluti corpus
aqua munda. teneamus spei nostre
confessionem indeclinabilem. fidelis
enim est qui repromisit et consideremus
inuicem in prouocationem caritatis et
bonorum operum non deserentes collec
tionem uestram sicut est consuetudinis
quibusdam. sed consolantes et tanto
magis quanto uideritis approp̃inquan
tem diem. Voluntarie enim peccantibus
nobis post acceptam noticiam ueri
tatis iam non relinquitur pro peccatis
hostia offerre. terribilis uanque quedam
exspectatio iudicii et ignis emulatio
que consumptura est aduersarios.
Irritam quis faciens legem moysi sine
ulla miseratione sub duobus aut tribus
testibus moritur. quanto magis pu
tatis deteriora meruisse supplicia qui fi
lium dei conculcauit et sanguinem
testamenti pollutum duxit in quo
sanctificatus est. et spiritui sancto